

[III m 6]

OMNE HOMINUM metrum sextum quod¹ est commixtum¹ ex Alcmanico
 (sic dicto ab inventore) dactilico² (a pede dominante) trimetro³
 (a numero pedum) ypercatalecto⁴ id est sillaba ultra⁵ tres pedes
 habundante (recipit autem spondeum loco dactili quocumque loco) et
 ferecratico de quo dictum est supra libro secundo metro secundo.
 Et nota quod^u vice primi spondei ponitur hic aliquando anapestus
 licet hoc sit contra regulam in Centimetro traditam. In hoc autem
 metro probat omnes homines esse nobiles preter^u viciosos quia cum
 nobilitas sit quedam excellencia contracta ab origine et hoc in
 homine solum manifestum est quod precipue attendi debet secundum
 originem illius per quod homo est homo. Cum autem in homine sint
 duo, scilicet anima et corpus, patet quod non est homo per corpus
 sed per animam ex ea parte qua rationalis est. Sed eadem est
 origo anime in omnibus hominibus quia omnes anime sunt⁶ a Deo;
 quare omnes homines secundum hoc sunt eque nobiles.⁶ Solum autem

 e]

 1 quod est commixtum D quod est coporimixtum J quod est compomirium O
 quod copomixtum M compositum R commixtum PeG conniretum P /
 2 dactilico JRO dactilicum PeG / 3 trimetro JROD trimetrum PPeG /
 4 ypercatalecto JRPGOD ac yp. Pe / 5 ultra PO ultima RJ / 6 sunt
 a deo quare (quia J) omnes homines secundum hoc sunt eque nobiles JO
 secundum hoc quod sunt eque nobiles sunt R a deo sunt eque nobiles P /

illi sunt ignobiles qui degenerant a sua^r origine. Anima autem a sua origine producta^s est similis Deo et ideo illi soli a nobilitate degenerant qui^u viciosis moribus similitudinem Dei quam⁹ ex origine contaxerunt^r obfuscant. Dicit ergo (1) OMNE GENUS HOMINUM id est generaliter omnes homines tam divites^u quam pauperes cuiuscumque condicionis in terris SIMILI SURGIT AB ORTU scilicet quia omnes secundum animam sunt ab uno creatore unde subdit (2) UNUS ENIM EST PATER RERUM id est creator UNUS CUNCTA MINISTRAT scilicet gubernando et ne putaretur quod iste pater esset ignobilis et ita omnes producti¹⁰ ab eo ignobiles essent subiungit dignitatem potencie sue describendo dicens (3) ILLE scilicet pater unus de quo nunc loquimur DEDIT PHEBO RADIOS id est naturam radiosam hoc est luminosam DEDIT ET CORNUA LUNE id est talem naturam per quam apparet nobis quandoque corniculata cuius ratio assignata est supra libro primo metro quinto. (4) ILLE ECIAM scilicet pater DEDIT HOMINES TERRIS id est constituit homines habitare in terra: hoc enim exigit natura corporis eius DEDIT ET SYDERA CELO scilicet ad ornatum eius (5) HIC scilicet pater CLAUSIT ANIMOS PETITOS CELSA SEDE MEMBRIS scilicet corporeis. More Platonico loquitur. Quamvis^u sanum habeat intellectum non enim putandum est

 7 a sua PO in sua RJ / 8 producta RPO predicta J / 9 quam RPO
 quod J / 10 omnes producti RO producti P omnes predicti J /

sicut videtur Plato dicere et quidam sequentes eius sicut Macrobius,
 ut patet in primo libro super Somnium Scipionis, quod anime create
 sint¹¹ in celo et inde labantur¹² ad corpora sed sunt in ipsis
 corporibus create, unde quod dicit Boecius (5) HIC CELSA SEDE
 PETITOS sic est intelligendum quod sedes rei dicitur potencia in
 qua est res antequam¹³ procedat in esse. Unde quia materia in genere
 encium est infimum illa que sunt in potencia materie producantur ab
 ima sede sed illa¹⁴ que non sunt in aliqua potencia materie sed
 solum in potencia facientis scilicet Dei qui est celsissimus
 dicuntur produci a celsa sede. De hoc magis dicetur infra metro
 nono. (6) IGITUR¹⁵ NOBILE GERMIN EDIT CUNCTOS MORTALES id est
 homines (7) QUID id est ad quid STREPITIS id est cum strepitu
 iactatis AVOS ET PROAVOS ? SI SPECTES AUCTOREM DEUM -QUE¹⁶ pro
 et PRIMORDIA VESTRA et est hec¹⁷ figura constructionis que dicitur
 zeuma NULLUS DEGENER EXTAT, (9) NI VICIIS DESERAT PROPRIUM ORTUM
 id est similitudinem Dei quam in ortu contraxit FOVENS PEIORA
 et ideo vicio fit homo ignobilis: sola autem virtute nobilis et
 ideo dicit Iuvenalis satira octava: Nobilitas sola atque unica
 virtus scilicet est.

2^u Iix, 10

15

11 sint JO sunt RP / 12 labantur RO labuntur P labentur (?) J /
 13 antequam RPO antiqua J / 14 illa RPO ista J / 15 igitur RPO
 ergo J / 16 -que pro et RPO -que -que pro et J / 17 est hec P
 est hic J hec est O est R /